manuscript

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36453
Copyright: Melk, Benediktinerstift

lanensium incolarum qui delitescendo forte sub praeruptas
montium cavernas. vel etiam relicta patria pro amore no-
minis domini ihesu exulando persecutorum manus evadere potuerunt.
multo magis domo parentibus ac geniali solo quam christianam
solius nominis praerogativa carere gestientes agnita hac de
fama optata liberalitate alacres ad sua repedarunt.
Inter quos vir quoque sanctissimus et omni laude dignissimus Castri-
tianus. qui solus tunc temporis de omni illa provinciarum benedictione
quam prius inibi christiane fidei cultoribus uti de rore celi
attribuit et pinguedine dominantis dextra ineffabili pietate suorum
similium omniumque virtutum excitatissimus. non sine divino
reservabatur praeiudicio. cum aliquibus ex clero et populo reversus est
a vicinis latibulis. quibus aliquamdiu sese cum reliquiis occule-
tuitacionis ratibus ad maximum christi fidelium tutamen furentis
declinavit rabiem tyrannorum. Demumque praefati viri digne
memorie sanctus Gaius ad cuius curam ordo pendebat ecclesie, dum
magister adverteret bone satis indolis. atque inter ceteros
qui prius in principio monitis assensum dederant. iuvenem
sagacis ingenii intendens doctrineque sane per omnia doci-
bilem. clericorum cetui vigilanter ascivit. Deinde theose-
bie in brevi studiis adprime imbutus licet neophitus
leviticis mancipatus officiis. ubi in omni morum honestate
ac inconvulse fidei probitate preclarus gradatimque ad cul-
men probati attingens discipuli. sacerdotali non post
multum stola indui. et sacrosancte benedictionis eulogio prome-
ruit cumulari. Hinc ergo velut diversorum expertum
certaminum. et optimo christianum plus uno prout consensu
universus clerus et omnis christicolarum populus sibi presulem
utpote dignissimum in commune petebat. Ille ut erat vir
mitissimus et ad cuncta pacientissimus causas econtra
indignitatis atque inscicie obices opponere. et se non